



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCXLVII. Kaiser Ludwig erneuet die seinem Sohne dem Markgrafen Ludwig  
ertheilte Belehnung mit der Mark Brandenburg, am 12. Februar 1328.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

Columpna, Jacobo de Sabello, Senatoribus, Manfredo de vico alme vrbis prefecto et Theobaldo de sancto Eufstachio ad pleniorum certitudinem premifforum. Datum et actum Rome, in Imperiali palatio Lateranensi, VIII die mensis februarii, anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>., indictione XI, Regni nostri anno XIII, Imperii vero primo. Et ego Hermanus de Lichtimberg, scolasticus ecclesie spirensis, necnon prepositus ecclesie sancti Germani, nomine et vice domini heinrici archiepiscopi colonienfis archicancellarii cancellarius presentibus interfui et subscripsi.

Nach dem im Geh. Kab.-Archive beruhenden Copialbuche des Markgrafen Ludwig Bl. 3. 4. Abdruck in Gercken's Codex VII, 38.

DCXLVII. Kaiser Ludwig erneuet die seinem Sohne dem Markgrafen Ludwig ertheilte Beley-  
nung mit der Mark Brandenburg, am 12. Februar 1328.

Nos ludovicus, dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Etsi<sup>1)</sup> cunctorum principatum, comitatum et quorumlibet dominiorum romano Imperio subiectorum bone dispositioni et ordinationi magne sollicitudinis studio intendere teneamur,<sup>2)</sup> Quatinus ipsis in ordine positus totus orbis et habitantes in eo sui status ordinem et regimen consequantur; Circa principatus tamen, qui sacri Imperii sunt cardines et columpne, quales sunt principatus, quibus ius pertinet eligendi principem romanorum, eo amplius oportet intendere, quo et eorum bona prouisione sustentatur Imperium, regitur mundus et fulciuntur alii principatus. Sane vacante Imperio principatu marchie brandenburgensis per obitum woldemari, quondam marchionis brandenburgensis, de cuius femore vel domo nullus descendit vel superstes fuit heres sexus vt oportuit masculini, volentes ipsi marchie, que etiam archicameratus existit Imperii, prouidere salubriter et eam in bono regimine ponere siue statu, Illustrissimum<sup>3)</sup> Ludovicum filium nostrum primogenitum, non ex affectu naturali, sed sacri Imperii, cui deliximus cor nostrum, vt super omnia eius augmento et profectui intendamus, vtilitatis respectu,<sup>4)</sup> de assensu principum electorum et consilio consulum et procerum Imperii, predictae marchie fecimus et prefecimus marchionem, Conferentes eidem ac in seodantes et inuestientes eum de principatu ac archicameratu cum omnibus Juribus, iurisdictionibus, honoribus, ciuitatibus, castris, terris, bonis, hominibus et aliis vniuersis ipsi marchionatui spectantibus per sceptrum regale sub vannallis et vexillis sollempniter, vt est moris, Vere scientes, quod ipse filius noster, consanguineorum, affinium et amicorum suorum per gyrum residentium et nobilium ac ciuitatum marchie, qui plurimum sibi fauebant, nostreque virtutis pre-

1) Etsi regnorum cunctorum.

2) teneantur.

3) illustrem.

4) respectui.

fidio dicte marchie et in ea habitantibus pre aliis vtiliter preesse poterat <sup>1)</sup> et prodesse. Verum ex processu temporis filium nostrum marchionem predictum videntes aperte dedisse et dare operam sollicitudinis et laboris, vt ipsa marchia recto gubernaretur tramite et eius fidelibus cuncta auferentur prospera et status ipsius roboraretur iudicio et virtute, Ex quo deus omnipotens ad summum Imperialis culminis sui gratia nos prouexit et regnum nostrum ac solium confirmauit, Ob eius filii nostri merita gloriosa, statum et principatum suum imperialis auctoritatis munificentia dignum duximus solidandos. Nobilium ergo comitum et magnatum necnon ciuitatum et potiorum marchie et ipsius principis et filii nostri karissimi desiderijs et porrectis nobis petitionibus fauorabiliter annuentes, Imperialis maiestatis auctoritate suffulti, concessionem, infeodationem et inuestituram, eidem filio nostro de marchionatu, principatu et archicameratu marchie brandenburgensis predictis cum omnibus Juribus, iurisdictionibus, honoribus, castris, ciuitatibus, terris, bonis et hominibus et alijs ipsius marchie pertinentibus vniuersis dudum vt premittitur per nos factas, Innouamus et omnia premissa eidem iterum de nouo concedimus eumque infeodamus et inuestimus, sicut <sup>2)</sup> prius, de omnibus et singulis antedictis, Volentes vt hec nostra Innouatio et hec <sup>3)</sup> nostra noua concessio, infeodatio et inuestitura cum ipsa prima concessione, infeodatione et inuestitura perpetuam obtineat roboris firmitatem, Nullius legis vel iuris editione vel consuetudinis observantia hijs contrarijs obstantibus, de quibus oporteret expressam fieri mentionem, Quibus quoad presentem casum derogamus expresse et esse volumus derogatum, ac supplentes omnem sollempnitatem, in prima nostra concessione, infeodatione ac inuestitura et in nunc nostra innouatione inuestiture obmissa (omissam?), de plenitudine nostre Imperatorie potestatis. Ceterum omnia et singula supra-scripta approbamus, Laudamus, ratificamus et ex certa scientia de potestatis eiusdem plenitudine confirmamus, Statuentes et decernentes, vt huiusmodi nostra concessio, infeodatio, inuestitura, innouatio, approbatio, Laudatio, ratificatio et confirmatio in omni sui parte eandem <sup>4)</sup> vim et parem habeant et effectum, ac si secundum iuris ordinem consuetudinis marchie et cuiuslibet alterius morem et quamlibet Imperij sollempnitatem vel necessitatis casum regulariter et ordinatissime processissent. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostre concessionis, infeodationis, Inuestiture, innouationis, approbationis, laudationis, ratificationis et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hec attemptare presumpserit grauem indignationem nostram se nouerit incursum. Et in testimonium omnium premissorum presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri et signum nostrum consuetum apponi fecimus presentibus testibus subnotatis, videlicet rudolpho duce bauarie principe et patruo nostro karissimo, heinrico Brunswicensi et Ludowico de Tecke ducibus, vlrico Lantgrauiio altfacie, friederico Burggrauiio in Nuremberg.<sup>5)</sup>

1) poterat pariter et.

2) sicud.

3) hec sebst.

4) eandem et parem vim habeant et effectum.

5) Nürenberg.

Meinhardo de Ortenburg<sup>1)</sup> Ottone de Orlamunde, hermanno de Castel, Chunrado de Thrahundingen<sup>2)</sup> et Johanne filio Burggrauii supradicti, Comitibus, necnon nobilibus viris Chunrado de Sluzzilburg<sup>3)</sup>, alberto dicto hummel<sup>4)</sup> de Lychtenberg marschalco<sup>5)</sup> nostro, Engelhardo de winsperg, andrea et Gotfrido de Brunecke<sup>6)</sup>, heinrico de Preysing<sup>7)</sup> curie nostre magistro, necnon nobilibus Romanis Jacobo dicto<sup>8)</sup> de Columpna, Jacobo de Sabellis, Senatoribus, Manfredo de vico alme vrbis prefecto et Thebaldo de sancto Eustachio, ad pleniorum certitudinem premissorum. Datum et actum Rome apud sanctum Petrum, duodecimo die mensis february, anno domini incarnationis M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>., indictione vndecima, regni nostri anno Quarto decimo, Imperii vero primo.

Et ego hermannus de Lychtenberg, scolasticus ecclesie Spirensis, necnon prepositus ecclesie sancti Jermani extra muros eiusdem, nomine et vice domini heinrici archiepiscopi coloniensis archicancellarii cancellarius presentibus interfui et manu subscripsi.

Nach dem im Geh. Kab.-Archive befindlichen Copialbuche des Markgrafen Ludwig I. fol. 1. 2. die Varianten sind aus einem zweiten Copialbuche (C. 5. in 4<sup>o</sup>) aus der Zeit desselben Markgrafen betitelt Imperium Ludovici Imperatoris. J. P. v. Ludwig (Reliq.Man. II. 274.) hat die Urkunde sehr fehlerhaft mitgetheilt und zwar nach dem festgedachten Copialbuche. In Gercken's Cod. VII. 43 ist dieselbe nach dem erstern Copialbuche wieder abgedruckt, jedoch gleichfalls nicht ohne Fehler.

DCXLVIII. Kaiser Ludwig bestätigt dem Markgrafen von Brandenburg und der Mark Brandenburg alle althergebrachten Rechte und Freiheiten, am 18 Februar 1328.

Ludovicus, dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, Illustrissimo Ludowico marchioni Brandenburgensi, principi et primogenito suo karissimo gratiam suam et omne bonum. Firmavit dominus regnum nostrum, ponendo nos in summum gradum imperatorie dignitatis, vt subiectis nobis regibus, principibus, Comitibus et dominis ac aliis vniuersis iura ipsorum et priuilegia confirmemus et ipsos manuteneamus et foueamus in sua iustitia nostra potentia seu virtute. Sane cum tu in regimine marchionatus marchie brandenburgensis, cuius dudum tibi principatum contulimus, et aliis tibi collatis et concessis regalibus scriptis nostris, ad honorem tuum et nostrum ac sacri Imperii fidelium et subditorum tuorum profectum, talem te exhibueris et habueris, quod pridem tibi collata et tra-

- 1) Ortenburch.
- 2) Trühendingen.
- 3) Slüzzelberg.
- 4) humel.
- 5) marschalco.
- 6) Brunek.
- 7) Preising.
- 8) Serra de Columpna.